



Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Martyrivm S. Andreeae Cretensis Monachi: Ex eo quod est apud Metaphrasten. Coronatus est anno Dominici Natalis 761. Pauli Papæ 5. Constantini Copronymi Imperatoris 21. Alius hic est ab eo, qui ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-42787

nocte quadam in Abbatem sopore oppressum
ferro armatus irruit, ac lethale vulnus furib.
dus inflxit. Deinde arreptum ferrum, quo

*Oculatur a
suo monacho.* facinus nefandum occultaret, in laticem mo-

nasterij festinè demersit. At latex velut tanti
sceleris conscius, ferrum illud in se recipere
detrectauit. Nam mox, ut aquam attigit, instar
*Iugens mira-
culum.* plumæ leuissimæ, super vidas natauit. Nefari-

rius verò homicida amens factus ecclesiam
petijt, cruentisque manibus signum pulsare
coepit. Fratres non consueta hora cum admirati-

onate surgentes, intellecta nece viri sancti,
ad lectum eius concurrentes adhuc spirantem
inuenerunt. Comprehensum igitur Dagoni-

num ei obtulerunt, ut quid de tanto scle-
re pronunciaret, cognoscerent. At ille Do-
mini non immemor: Deum, inquit, tibi fra-
ter pœnitentia placatum redde; nam me quod
attinet omni te liberum impietate dimitto.

*Sepulchrum
e miracu-
lis celebre.* Ex eius sepulchro longè post oleum visum es-

scaturire; cunctis morbo correptis salubre.

MARTYRIVM S. ANDREAE CRETENSIS Monachi: Ex eo quod est apud Meta-
phrasten. Coronatus est anno Dominicæ Natu-
lis 761. Pauli Papæ S. Constantini Copronymi
Imperatoris 21. Alius hic est ab eo, qui celebra-
tur inter Gracos scriptores ecclesiasticos, cu-
ius celebritas agitur in Menologio IV. Nonas
Iulij.

¶ Octob. BEATUS Andreas ab ipsis incunabulis
ad omnem sanctitatem, aspero & rigido
vitæ instituto, atque celestibus disciplinis
egre

egregiè institutus, præclarum suæ pietatis & fidei, Constantini Copronymi tempore, dedit *Constantinus* documentum. Is enim mentis errore seductus *Copronymus* cum imaginum vsum interdixisset, omnibusq; *seuit in capite* earum cultoribus mortis supplicium propo- *tholicos pro-* suisset, Andreas fidei & Catholicæ religionis pter *image-* ardore, incensus non dubitauit Bizantiū con- *nes.*

tédere, vt a vita religionem contrà Imperatoris impietatem defenderet, & Christi vin-
ctos vel in libertatem affereret, vel vna cùm illis martyrij gloriam subiret. Itaque cum insanam Constantini Imperatoris impietatē longè lateque grassari, & alios quidem in vincula & carceres coniectos, alios verò per mótes & sylvas fugibundos errare intelligeret, ipse, vt tantæ calamitati obuiam iret, constanter in hunc serè modum Imperatorē redarguit: Cur, *S. Andreas* inquit, tu ô Imperator Christianis initiatus le- *arguit Im-* gibus, qui de Christi nomine, & tua professio- *peratorem,* negloriaris, tanta rabie in Christi imaginem & in seruos eius, precioso illius sanguine re- demptos, desœuis?

Ad eam animi magnitudinem & dicendi li- *Collocatio*
bertatem stupefactus quasi Imperator, Et vn- *inter Impe-*
denam, inquit, ô homo, tanta tibi audacia & *ratorem &*
inscitia, vt iussis audeas repugnare Imperato- *Andream.*
ris Sed video quid sit: Scilicet vt aliquam no-
mini suo celebritatem acquirat, tanto sese pe-
riculo exponere nō dubitat. Ad quæ Andreas,
Neququam, inquit, hoc vel audaciæ vel insci-
tia, adscribendum est; neque tanti me no-
minis celebritatem & Imperatoriā maiesta-
tem facere existimes, qui diu cuncta huius mū-
di ludibria despexi, ac pro nihilo duxi: sed vt
R 5 te tuos.

te tuosque vel ab errore, quo Orthodoxam si-
dem impugnatis, liberem, vel meo sanguine
indignus Christi Ecclesiam illustrem, huc ac-
cessi: Eo responso superbus Imperator ad ira-
cundiam motus: Certè, inquit, venisti, magni-
vifione apprehendens, & animo agitans; nem-
pè vt ipsum Imperatorem & omnes magistra-
tus, & venerandam denique Pontificū omnium
canitiem ad tuā opinionem traducas. Sed, o-
missa verborum contentionē, te hortor, mo-
neōq; vt ab hac animi tui superbia & profun-
da mentis caligine recedas, & communenobis-
cū sententiam sequaris. Quid tu Mosis legis-
latoris, immò Dei ipsius præceptum, qui simi-
litudines fieri prohibet, impiè contemnes?

Martyr ad hæc, sublati ad cælum oculis;
Non te, inquit, negabo, Christe Saluator, nō te
pulehra confessione frustrabor: neque tuā con-
tumelia afficiam imaginem. Deindè cōuersus
ad Imperatorem: Non tibi, inquit, videtur pa-
ti pro Christo, qui pro illius forma patitur? ne-
que ad primū exēplar credis trāsire ignominia,
qua imago afficitur? Et quomodo vos eos sepē,
qui Imperatoria contumelijs affecēre statuas,
perindè ac eos, qui vos probris sūt infectati, ul-
timis affecisti supplicijs? Quod si vos puluis &
vmbra, sic honoramini statuas, & imaginib⁹, &
acerbissimè in eos, qui imagines vestras vene-
rari recusant, animaduertitis; quo demum sup-
plicio digni reputandi sunt, qui sacram Christi
figuram ore sacrilego ac manu violant? Quis e-
nim nescit huiusmodi ignominia non tā ima-
ginis, quam archytipi ipsius esse? Hæc cū dixi-
ter, vellerq; obiectū de Mose argumentum sol-
uere

*En tibi im-
peritum Ico-
nomachorum
argumentū.*

*Andreas e-
gregiè refu-
tat Icono-
machorum
argumenta.*

mere Imperator, sermonē interrumpens, iussit
eū vestimētis spoliari, nudumq; funibus extē- *Crudelissime*
sum vehemēter flagellarⁱ; Martyr autem in eo *torquetur S.*
suppicio cōstitutus, sublati ad suū agonothe- *martyr.*

tā tam corporis quā animæ oculis, præclarum
de Imperoris tyrānide agebat triumphū. Ad-
debantur interea crudi boum nerui; fluebant è
sacro corpore sanguinis riui; solum purpureo
colore tingebarūt. Ministri verò vt maiorē Im-
peroris captarēt gratiā, strictis gladijs, quidā
mortē intentabāt, quidā lapides in eū iaciebāt:
alij iniurijs & contumelijs varijs eum diuexa-
bāt. Quibus Imperoris furore nō nihil mol-
lito, versur^o planè & fraudulētus supplicia ces-
fare iussit; ratus se robustū martyris pecc^o blan-
ditij superare posse. Sed cū martyr callidi ser-
pentis insidias execratus, maiore dicendi li-
bertate amentiā eius argueret, confestim iussu
Imperoris maxillis eius lapidibus cōfractis,
in carcerem est missus.

Ibi diebus plurimis magno sanè Christiano-
rum gaudio & fructu, qui eodē ergastulo vin- *Dura supplicia*
cti tenebāt, exactis, rursus ad supplicia & fla-
gella euocatus fuit. Fuit tunc multò quam an-
te atrocius in saerum eius corpus stœvitum. La-
niabant eius carnes, fodiebāt latera, scrutabā-
tur ferro viscera, sed recōditum in corde fidei
thesaurum suffurari non poterant. Vnde Ty-
rannus furoris stimulis acerrimè concitatus,
sententiam tulit, vt alligatis pedibus per terrā
ad supplicij locum traheretur. Nec mora: Inie-
ctis funibus per viam publicam raptatus fuit.
Cumq; ad vrbis forum toto iam corpore fœ-

datus

236 VITA S. ANDREAE CRETENS.

Trahit se per
terram ad
locum sup-
plicij.
Cedit è vita.

datus, protractus esset: quidam pescator à ma-
ligno concitatus è sua sede prosiliens, arrepta
securi, pedem athletæ amputauit. Quo vulne-
re accepto vir generosus è corporis ergastulo
ad cælos emigravit. Corpus eius fuit à carnifi-
cibus, in loco maleficorum, feris & cæli volu-
cribus cum firma custodia deuorandum expo-
situs. Sed Deus, præclarum illum thesaurum
non est passus vel à bestijs deuorari vel perpe-
tuò latere: immò multò post, cum iam spes o-
mnis potiundi corpore sepulta videretur, mi-
rificè illustravit. Nam die quodam viri duode-
cim, qui multo tempore varijs dæmonum ve-
xationibus agitabantur, ad locum illū venien-
tes & confusis vocibus sanctum inuocantes
quinetiam manibus terram fodientes, corpo-
rum in congeriem inciderunt: alijque præ-
teritis, beati martyris, ex mira odoris fragran-
tia, & salute, qua, ad primum eius contactum,
fruebantur, ilicò cognouerunt. Quod deinde
in loco, cui nomen est Crisis honorificè cōdi-
derūt: vbi multis virtutibus egregiè coruscat.

Vide Tom.
1. C. Baron.
Annal. &
Notat. in
Martyrol.
Roma. i.
a In prima o-
ratione in
Iulianum.
b Lib. 2. ca.
43.

VITA S. LVCAE EVANGELISTÆ:
Ex ea quæ est per D. Hieronymum, Lib. de Vi-
ris Illustribus: & Metaphraſten. An martyrio
occubuerit, dubium relictum videtur. Num D.
Hieron. & Metaphraſt. nullam martyrii me-
tionem faciunt. a Nazianzenus autem eum
inter martyres recensuisse videtur: & b Nic-
ophorus genus etiam martyrii expreſſe describit:
& Glicas, Lib. 3. Annal. Et alij item nonnulli.

VIR